Fragmentarium

oc. a Rorate celi desuper & nubes pluant iustum aperiatur terra & germinet salua
oc. a Emitte agnum dne dominatorem terre de petra deserti ad monte filie syon. torem.
oc. a Ut cognoscamus domine in terra uiam tuam in omnibus gentibus salutare tuum.
o. a Da mercedem domine sustinentibus te ut prophete tui fideles inueniantur.
a. a Lex per moysen data est gratia & ueritas per ihm xpm facta est. IN EVGLO.
1. a Tu bethlem terra iuda non eris minima in principibus iuda ex te enim exiet
dux qui regat populum meum israhel. Jegrediatur ut splendor iustus eius.
a. a Prophete predicauerunt nasci saluatorem de uirgine MARIA. FR. IIII.
c. a Spiritus domini super me euangelizare pauperibus misit me. a Annunciate o
o. populis & dicite ecce deus saluator noster ueniet. a Ecce ueniet dominus ut sede
o. at cum principibus & solium glorie teneat. a Propter syon non tacebo donec
yc. a Quomodo fiet istud angele dei quia uirum in concipiendo non pertuli IN EVG.
audi MARIA uirgo xpi spiritus sanctus super ueniet in te & uirtus altissimi
a. obumbrabit tibi. I. a Missus est g. II. a Aue MARIA gratia plena dominus tecum
a. benedicta tu in mulieribus AEVIA. VI. a Dabit illi dominus sedem dauid patris
od. sui & regnabit in eternum. VIIII. a Ecce ancilla domini fiat mihi sedm uerbu tuum.
ap. a De syon ueniet dns omnipotens ut saluum faciat populum suum. FR. QNTA.
ap. a De syon ueniet qui regnaturus est dominus emmanuel magnum nomen eius.
ω. a Conuertere domine aliquantulum & ne tardes uenire ad seruos tuos.
ω. a Ecce deus meus & honorabo eum deus patris mei & exaltabo eum.
1. a Dominus legifer noster dominus rex noster ipse ueniet & saluabit nos.
o. a Inuenimini quantus sit gloriosus iste qui ingreditur ad saluandas gentes. IN EVG.
oc. Alia a Vigilate animo in proximo est dominus deus noster. FR. VI.
c. a Constantes estote uidebitis auxilium domini super uos. a Ecce rex ueniet do
o. minus terre & ipse auferet iugum captiuitatis nostre. a Ueni domine & noli
a. tardare relaxa facinora plebis tue israhel. a Deus a lybano ueniet & splendor

License: cc-by – [sine loco], codices restituti, , 2v – Gottschalk Antiphonal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-75ud/864/44509)